# SUBSIDIA BIOGRAPHICA VATICANA

Las fuentes principales de la biografía son los archivos. Por extensas que sean las crónicas o biografías coetáneas, siempre necesitan ser completadas por los documentos de los archivos.

En otro trabajo nuestro (1) dimos algunos datos sobre muchos personajes completamente desconocidos, a base de los registros vaticanos de Calixto III.

Y habiendo podido estudiar después los registros de Benedicto XIII (Pedro de Luna), hemos llegado a recoger un caudal inmenso de notas que han de servir para ayudar a trazar la biografía de muchos personajes.

Seleccionando las más importantes, publicaremos íntegras, o en regestos extensos, las que se refieren a primeras figuras, papas, sabios, etc., como por ejemplo: Alfonso de Borja, Felipe de Malla, Martín de Alpartil, etc., para contribuir a dar a conocer con más detalles la vida de estas mismas personalidades, o, con simples noticias, las de otros desconocidos hasta nuestros días, pero que también contribuyeron, dentro de su esfera, a la obra civilizadora a que los destinara la Providencia.

## I. Alfonso de Borja (Calixto III)

En el trabajo que hemos citado, pág. 201, dábamos algunas notas biográficas de este papa tomándolas de Zurita (2), Villanueva (3), Altisent (4) y Sanchis Sivera (5) y que documentalmente podemos ahora probar.

*Decíamos que el año* 1411 *tomaba posesión de un canonicato de Lérida. En efecto, el documento que vamos a transcribir nos dice que el* 9 *de julio de este año, siendo ya Alfonso de Borja doctor de decretos y lector de Derecho canónico en la Universidad de Lérida, se le reservó el canonicato de esta ciudad que*

(1) *Catalanes y aragoneses en la corte de Calixto III* en Analecta Sacra Tarraconensia, 3 (1927). 192-330 y en tiraje aparte.

(2) Zurita, Jerónimo, *Anales de la Corona de Aragón*, vol. III-IV. Zaragoza. 1610.

(3) Villanueva, *Viage*, etc., IV, 108, y XVI.

(4) Altisent, Juan Bta., *Alonso de Borja en Lérida*. Lérida, 1924.

(5) Sanchis y Sivera, J., *El obispo de Valencia don Alfonso de Borja. Calixto III (1429-58)* en *Boletín de la Real Academia de la Historia*, 88 (1926), 241-313.

*había de vacar por haber sido nombrado su posesor, D. Julián de Loba, canónigo de Mallorca, y que se le impuso la obligación de enseñar durante cinco años Derecho canónico en la referida Universidad.*

*El obispo de Orense, con D. Bernardo Fort y un oficial de Tarragona, fueron nombrados ejecutores de dicha gracia.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 336 *f.* 216 *San Mateo,* 9 *julio* 1411

Dilecto filio Alfonso de Borga, clerico Valentin. dio., decretorum doctori, salutem, etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedignorum comendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Nuper siquidem do. fo. magistro Juliano de Loba, canonico ecclesie Maioricen., clerico Camere Apostolice per nostras diversas litteras de canonicatu et prebenda tunc vacantibus providimus necnon de prepositura ipsius ecclesie que tunc certo modo vacare sperabatur mandavimus provideri, volentes inter cetera quod idem Julianus, qui capellanus et familiaris comensalis noster et litterarum apostolicarum abreviator et scriptor existit, quam primum dictarum litterarum vigore canonicatum et prebendam ac preposituram predictas foret pacifice assecutus Ilerden., Vicen., et Tirasonen. ecclesiarum canonicatus et prebendas, quos tunc temporis obtinebat, prout obtinet, quos ex tunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque propterea dicti canonicatus et prebenda ecclesie Ilerden. vacare sperentur, nos volentes tibi [f. 210 v] qui, ut aseris, studio Ilerden. in iure canonico ordinarie legis, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam ecclesie Ilerden. predictos, quorum fructus, redditus et prov. illos pro tempore obtinenti et in eadem ecclesia Ilerden. non residenti ultra 30 flor. auri de Aragonia, ut etiam asseris, non valent communiter annuatim cum illos premisso vel alio quovis modo preterquam per ipsius Iuliani obitum vacare contigerit, conferendos tibi cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis etiam si dispositioni apostolice specialiter reservati existant donationi apostolice reservamus districtius inhibentes vi. fri. nro. epo. et dis. fis. capitulo Ilerdensi ac illi vel illis ad quem, vel ad quos in eadem ecclesia Ilerden. canonicatuum et prebendarum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinet comuniter vel divisim ne de huiusmodi canonicatu et prebenda contra reservationem nostram huiusmodi disponere quoquo modo presumeret ac decernentes ex nunc irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Ilerden. contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quocumque firmitate alia roboratis, seu si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia Ilerden. in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant. Aut si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie Ilerden. speciales litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione canonicatus et prebende ecclesie Ilerden. predictorum te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum aut bene-

ficiorum aliorum preiudicium generari seu eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a dicta sede existat quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis dicte eccl. Ilerden. vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim expectantem nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratia impediri valeat quomodolibet vel differri [f. 217] et de quo cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Ilerden. solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes. Volumus autem quod quam primum vigore presentium canonicatum et prebendam ecclesie Ilerden. predictos fueris pacifice assecutus, in studio predicto iura canonica per quinquennium legere tenearis. Nulli ergo, etc.

Dat. apud sanctum Matheum, Dertusen. Dioc., vii. idus julii, anno decimo septimo.

*In eodem modo* venerabili fratri episcopo Auriensi., et dilectis filiis Bernardo Fortis, Canonico Segobricen., ac officiali Terraconen., salt. etc. Litterarum scientia etc. Dat. ut supra.

Expedita v. Kal. Augusti. a. xvii. — A. de Campis.

*Lo que aún no habíamos visto mencionado es el que Alfonso Borja hubiese sido párroco de Montoyr (Mallorca). El nombramiento es del* 18 *de marzo de* 1413, *como lo prueba la siguiente bula.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 340 *f.* 627 — *Tortosa,* 18 *marzo* 1413

XII. XIIII. Do. fo. Alfonso de Borga, can. Ilerden., decretorum doctori, salutem etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita etc. Cum itaque d. f. Garsias de Turribus, rector parrochialis eccl. de Montoyr, Maioricen. dioc., familiaris noster, cupiat... in aliquo ex ordinibus approbatis... Domino famulari, et propterea ipsa parrochialis eccl... vacare speretur, Nos volentes tibi, qui, ut asseris, etiam in legibus licenciatus existis... gratiam facere specialem, dictam parrochialem eccl., cuius fructus... in ea non residenti, ultra 84 libras monete regalium Valentin... non valent... conferendam tibi reservavimus... Non obstantibus... quod canonicatum et prebendam eccl. Ilerden. nosceris obtinere. Nulli etc.

Dat. Dertuse, xv. Kalend. april. a. xix. (1413).

In eodem modo, ven. fri. Episcopo Auriensi, et dis. fis. decano Ilerden. ac archidiacono Maioricen. ecclesiarum, salutem etc. Litterarum scientia etc. Dat. ut supra.

Expedita vii. id. novembr. a. xx. — A. de Campis.

*El 12 de octubre del mismo 1413 se obligó a pagar 80 libras a la Cámara apostólica por la primera annata, dándosele el título de doctor en ambos derechos. Esta obligación contraída no pudo ser satisfecha por no haber recibido fruto alguno de este beneficio y se le prorrogó la solución el 30 de abril del año 1414.*

*Arch. Vat., Reg. Avin. 342 f. 268* *12 octubre 1413*

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate Domini m.cccc.xiii. indictione vi[a]. die vero xii. mensis octobris pont. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Benedicti, divina providencia pape XIII, anno vicesimo. In presentia Ven. et circunspecti viri domini Juliani de Loba can. et prepositi Maioricen. camere apostolice clerici ac Reverendissimorum patrum dom. Ludovici Maioricen. epi. camerarii et Francisci epi. Barchinonen. tesaurarii dicti domini nostri pape in remotis agentium dominus Alfonsus de Borgia, utriusque iuris doctor, cui providetur de parrochiali ecclesia de Montoir Maioricen. Diocesis obligavit solvere camere apostolice pro prima annata fructuum dicte parrochialis ecclesie lxxx. libras Maioricen., videlicet medietatem in festo Assumptionis beate Marie proxime futuro et etiam medietatem in festo Resurrectionis Domini ex tunc subsecuturo cum sententiis et clausulis consuetis ut in forma presentibus domino Petro Martini de Loba rectori de Garano et Bernardo Costa clerico. Barchinonen. et Elnen. Dioc.

*En el margen izquierdo*

Die ultima aprilis anni 1414, quia non receperat fructus, cum fuerit per fratrem Garsiam de Turribus seu cameram apostolicam recepti, dominus Julianus sibi prorogavit usque ad festum resurrectionis de proxime futurorum etc. ad solvendum medietatem, et ad aliam medietatem usque ad festum natalis Domini ex tunc subsecuturum, in forma.

*El 1413 le da el papa solamente el título de provisor en una comisión sobre un asunto tratado por Borja.*

*Arch. Vat., Reg. Avin. 340 f. 23 v.* *Tortosa, 28 marzo 1413*

(a) Do. fo. Fran[co]. Tovia, can. Ilerden. salutem, etc. "Nuper ad audientiam" nostram pervenit, quod Petrus Romani, canonicus Ilerden. et rector parrochialis eccl. de Batea, Dertusen. D., spiritu diabolico instigante, quandam puellam virginem defloravit, propter quod dilectus filius Alfonsus de Boria, officialis Ilerden., contra dictum Petrum ipsum carceribus mancipando ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processit. Nos itaque volentes super his ministrari facere iustitie complementum, ex certis causis ani-

(a) Cuando señalamos con comillas las tres primeras palabras queremos indicar que por ser muy largo el formulario prescindimos de él, y para no tener que separar casi cada palabra con los tres puntos indicadores de la supresión de fórmulas damos el texto todo seguido.

mum nostram moventibus, in hac parte causam huiusmodi ad nos ex certa scientia advocantes, discretioni tue, de qua in his et aliis in Domino fiduciam gerimus specialem, per apost. scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis dicto Petro et aliis qui de iure fuerint evocandi, habitisque in huiusmodi causa per dictum officalem servatis processibus, super premissis inquiras, auctoritate nostra, diligentius veritatem, et si per inquisitionem huiusmodi premissa reppereris fore vera, eumdem Petrum canonicatu et prebenda ecc. Ilerden. ac parrochiali ecclesia predicta, eadem auctoritate, sententialiter prives et amoveas penitus ab eisdem et alias contra ipsum procedas, eumque corrigas et punias, prout de iure fuerit faciendum.

Dat. Dertuse, v. Kal. aprilis, a. xix.

*En* 1414 *continúa siendo provisor, como lo prueba la bula siguiente.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 344 *f.* 788 — *Tortosa,* 11 *enero* 1414

Do. fo. Alfonso de Boria, can. et officiali Ilerdensi, salutem etc. "Dudum pro parte dil. filiorum Bernardi de Colle et Petri de Colle, civium Ilerden., nobis exposito quod orta inter eos et Franciscum de Bosco ac Franciscum Basseti et Berengarium Columbi, decretorum doctores, concives eorundem, executores testamenti quondam Elisendis, Petri Serra relicte vidue Ilerden., Bernardi et Petri predictorum matertere, super bonis que fuerunt dicte Elisendis materia questionis, et ad evitandum dissensiones, mediante carissimo in Christo filio nostro Ferdinando, rege Aragonum illustri, fuerat in Bernardum de Olzinellis et Johannem de Bosco cives Ilerdenses, in arbitros compromissum, tamen proferre sententiam distulerunt, in Bernardi de Colle et Petri preiudicium, nos officiali Ilerdensi, cuius proprio nomine non expresso dedimus litteris in mandatis ut, si ita esset, dictos Bernardum de Ulzinellis et Johannem arbitros ad proferendum, infra tempus in compromissum expressum, equum arbitrium moneret et compelleret. Et deinde pro parte Bernardi de Colle et Petri nobis etiam exposito quod tu ad executionem procedens moneri mandaveras, et Johannes arbitrer a civitate Ilerden. se absentaret ultima die temporis supradicti, tu et dictus Bernardus de Ulzinellis prefatum iudicium proferre volentes, de consilio Johannis de Castellis, decani ecclesie Ilerden., arbitrium protuleratis, sed idem Franciscus de Bosco ab arbitrio ad sedem apostolicam appellaverat quod compromissum huiusmodi facere, iuxta voluntatem dicte Elisendis, minime poterant. Nos do. fo. Francisco Tovia, canonico, dedimus litteris in mandatis ut, si sibi constaret voluntatem predictam ex compromisso enormiter fuisse lesam, eundem Franciscum de Bosco adversus compromissum in integrum restituendum esse decerneret. Et postmodum pro parte Bernardi de Colle et Petri etiam nobis exposito quod F. de Tovia ad nonnullos actus processerat, Nos Otthoni de Montecatheno, archidiacono de Rippacurcia in eccl. Ilerdensi, dedimus litteris in mandatis ut, si ita esset, dictum Franciscum de Bosco ad observationem arbitrii per censuram ecclesiasticam compelleret. Et tandem pro parte dicti Francisci de Bosco petitio continebat quod prefatus archidiaconus ad executionem procedens, licet idem Franciscus de Bosco suspiciones adversus eundem archidiaconum dedisset, ta-

men archidiaconus, reputans caussa suspicionis frivola, prefatum F. sub excommunicationis pena moneri mandavit ut, infra alium terminum, arbitrio pareret, idemque F. de Bosco ad sedem apostolicam appellavit, sed nichilominus archidiaconus Franciscum fecit excommunicatum nunciari, Nos Berengario Gilaberti, canonico dicte eccl. Ilerdensis commissimus ut causam infirmare aut confirmare curaret, qui declaravit archidiaconum bene fuisse processum. Quare pro parte Bernardi de Colle et Petri nobis fuit supplicatum ut cum archidiaconus ad partes transtulerit se remotas arbitrium faceremus robur debitum obtinere. Quo circa discretioni tue mandamus quatinus prefatum arbitrium facias inviolabiliter observari.

Dat. Dertuse, iii. idus ianuarii a. xx.

Expedita, ii. id. januarii a. xx. — A. de Campis.

*Otra comisión le encarga el papa, en Tortosa, el 28 febrero* 1414.

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 344 *f.* 690 *Tortosa,* 28 *febrero* 1414

Do. fo. Alfonso de Boria, canonico Ilerdensi, salutem etc. "Sincere devotionis affectus" quem dilecti filii Franciscus Ferriol, laicus, habitator ville nuncupate de Xativa, dio. Valentin., et Jacobus Rollan, civis Valentin. ad nos gerunt promeretur ut petitionibus ipsorum annuamus. Exhibita pro parte ipsorum petitio continebat quod quondam Franciscus Dexea, habitator dicte ville, condens testamentum voluit quod, solutis debitis et legatis, omnia alia bona sua in pias causas per tres, quos tunc nominavit, et post illarum obitum alias tres eligendas personas de genere suo et duos iuratos ville de Ontinyen dicte dioc. inter quasdam personas de genere suo distribui voluit. Deinde post obitum dicti testatoris, quomdam Bartholomeo Dexea, uno ex tribus administratoribus vita functo, Franciscus Ferriol et Jacobus predicti dictos iuratos ad conveniendum cum eis in dicta Xativa vocarunt; ipsi tamen ad hoc convenire distulerunt, propte quod ipsi F. et Jac. dilectum filium Jacobum Felig, ord. fr. predicatorum professorem et de genere testatoris in tertium administratorem elegerunt, ipsi tamen iurati quemdam alium tertium in coadministratorem Francisci et Jacobi elegerunt. Nos discretioni tue mandamus, quatinus, si est ita, electionem de Jacobo Felig, auctoritate nostra, ratifices et confirmes.

Dat. Dertuse, ii. Kalend. april., a. xx.

Expedita, vi. id. August., a. xx. — A. de Campis.

*El Sr. Sanchis (Boletín,* etc., p. 257) *expone los deseos del rey Alfonso V de que nuestro Borja fuese canónigo de Valencia, sin que éste pudiese lograr otra cosa que la parroquia de San Nicolás, de la que se posesionó el* 20 *de julio de* 1419. *Pues bien, al cabo de cuatro años no había pagado aún la annata que, por el tiempo que estuvo vacante, adeudaba a la Cámara apostólica.*

*Arch. Vat., Arm. XXIX, n. 7, f.* 168 *Roma,* 2 *marzo* 1423

Universis etc. Ludovicus, etc. Ad universiatem etc. quod intellecta mole gravaminum pro parte domini Alfonsi de Boria, curati parrochialis eccle-

sie s. Nicolai civitatis Valentin., provincie Taracone, coram nobis exposita que ipsum ad solvendum id in quo camere apostolice ratione vacantis dicte parrochialis ecclesie sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso tenebatur, prout tenetur, efficaciter obligatus reddunt verissimiliter impotentem, auctoritate etc. terminum faciendi solutionem huiusmodi usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurorum prorogamus, etc.

Dat. Rome apud s. Petrum, die secunda mensis martii, anno a nativitate Domini 1423, indict. i., pont. a. vi. — R. Anclou.

*Al mandar el papa Martín V a Aragón el Card. Foix como Legado para terminar el cisma, vacaba la iglesia de Valencia, por haber fallecido el obispo Hugo de Llupiá y Bages el 1 de abril de 1427, y entre las facultades que da al cardenal se cuenta la de proveer dicha sede.*

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 351 *f.* 100 v — *Roma,* 29 *febrero* 1429

Martinus, etc. [do. fo. Petro tit. S. Stephani] in regno Aragonum ac omnibus aliis partibus insulis... Legato, salutem etc. Inter sollicitudines varias de quibus assidue premimur illa potissime pulsat et excitat mentem nostram ut circa statum ecclesiarum... cure nostre divina providentia commissorum ne in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineant... sollicitis studiis intendamus... Dudum siquidem bo. me. Hugone episcopo Valentin. regimen Valentin. eccl. presidente... provisionem ipsius eccl. ordinationi et dispositioni nostre duximus... reservandam... Cum itaque postmodum dicta eccl. per ipsius Hugonis episcopi obitum... sit ad presens pastoris solacio destituta... Nos cupientes eidem eccl. Valentin... de pastore aut alias gubernatore secundum cor nostrum utile et ydoneum... provideri, circumspectione tue... de aliqua persona nobis et dicte Romane eccl. fideli et devota quam per diligentem informationem per te de eius meritis et ydoneitate faciendam ad ipsius Valentin. ecclesie regimen et administrationem utilem et ydoneam fore repereris eidem eccl. Valentin. auctoritate apostolica providendi... plenam... concedimus facultatem...

Dat. Rome apud sanctos Apostolos, v. kalend. februarii, pont. a. xii. (1429). — Jo. de Mota.

*La legación esta vez fué provechosa para la paz y unidad de la Iglesia, y el Cardenal Legado, en virtud de la anterior autorización, nombró obispo de Valencia al principal promotor de la unión D. Alfonso de Borja. El nombramiento databa del 20 de agosto del mismo 1429 y el 26 del mismo mes expedía el papa la siguiente bula, aprobándolo.*

*Reg. Vat.* 356 *f.* 64 — *Ferentino,* 26 *agosto* 1429

Martinus, etc. do. fo. Alfonso, electo Valentin. salutem, etc.

Apostolatus officium... nobis ex alto commissum quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi, coadiuvante Domino, cupientes soliciti reddimur et solertes, ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis pastores preficere studeamus qui commissum sibi gregem

dominicum sciant, non solum doctrina verbi, sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, duce Domino, salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem bo. me. Hugone episcopo Valentin. regimini ecclesie Valentin. presidente... provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam... Postmodum vero prefata eccl. per obitum ipsius Hugonis... pastoris solatium destituta, Nos vacatione huiusmodi... intellecta, ad provisionem ipsius eccl. celerem et felicem... solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam... cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, utriusque iuris doctorem et in sacerdotio constitutum, cuius de vite mundicia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione... apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus attenta meditatione pensantes de persona tua... eidem eccl. Valentin... providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius eccl. tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo... Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter quod ipsa eccl. gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Dat. Ferentini, vii. kalend. septembr. pont. a. duodecimo.

Registrata Gratis de mandato dom. nri. pape. Poggius.

*El mismo día expedía otras al Cabildo, al clero y al pueblo de Valencia, exhortándoles a que lo reconocieran como padre y pastor; al arzobispo de Tarragona, por ser Valencia sufragánea de Tarragona, y al rey Alfonso V de Aragón, recomendándole el nuevo obispo (Reg. citado, f.* 64 v).

*Las gracias que podía conceder el Cardenal Legado no se limitaron a ésta. El rey y la reina presentaron al sobredicho Legado una lista de personas para que les concediese gracias y dispensas. El rey pidió para setenta, y se valió de nuestro Borja y la reina para veintisiete, seguramente por el mismo medio. Y el Cardenal las mandaba a la Cámara apostólica para que las extendieran y registraran.*

*Arch. Vat., Arm. XXIX,* 13 *f.* 64-7. 28 *agosto* 1428

Reverendo in Christo patri domino. Cameram apostolicam regenti et egregiis viris eiusdem Camere clericis. (*Sigue la lista de las* 70 *personas*). Presentatus fuit presens rotulus continens in se lxx[ta]. nominationes ex parte prefati domini Regis per reverendum in Christo patrem dominum Alfonsum, episcopum Valentin., Reverendissimo patri domino Cardinali de Fuxo, apostolice sedis legato, die xxviii. augusti Dertuse anno nativitatis Domini m.cccc.xxviiii.

*No fué tan fácil la provisión de Gil Muñoz (Clemente VIII). Se convino con el comisario regio Alfonso de Borja y el Cardenal Legado nombrarle obispo de Mallorca, y después de haber consentido el papa y haber expedido las bulas el 26 de agosto* (VILLANUEVA, XXII, 61), *el rey prefirió que fuese nombrado Galcerán Albert, monje de Ripoll. A la súplica del Cardenal Legado contesta el papa que no puede acceder a ello.*

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 359 *f.* 54 *v.* *Roma,* [8 *noviembre*] 1429.

Martinus, etc. Do. fo. Petro tit. S. Stephani in Celio Monte, presb. card., apostolice sedis legato, salutem etc. Recepimus tuas litteras quibus significas nobis voluntatem carissimi in Christo filii nostri Alfonsi, regis Aragonum illustris, esse, prout etiam ipse nobis scribit, quod ecclesie Maioricensi provideatur de persona fratris Galcerandi Alberti, et propterea postulat tibi super eo mitti facultatem. Nos in his litteris non nihil admirati sumus mutationem voluntatis regie. Nam tua circumspectio, ut nosti, a principio quo facta Paniscolen. concordata sunt scripsit nobis, prout etiam tunc d. f. Alfonsus de Borgia, regis in ea re et tuus commisarius, nobis per plures litteras intimavit quod ecclesie Maioricensi preficeretur Egidius Munionis, electi nunc Maioricensis, cum ita conclusum et conventum, inter cetera, esset, et ita procederet ex voluntate regis, cui cupientes in ea re complacere, permoti tuis et Alfonsi litteris tibi facultatem transmisimus providendi ecclesie Maioricensi de persona Egidii prefati. Insuper nos quoque eodem tempore ad cautelam, ne si, quod accidit, littere facultatis perderentur in via posset negligentia imputari, providimus ipsi ecclesie de persona prefati Egidii, eique demum ut episcopo Maioricensi scripsimus. Non misimus autem litteras nostre provisionis quia premiseramus facultatem, quam sperabamus te subito recepturum. Mutare ergo nunc propositum et rem tam mature factam et publicatam pervertere esset non solum levitatis et inconstantie, sed etiam infamie et dedecoris nostri atque etiam tui, cuius littere fuerunt causa facultatis tibi concesse et nostre promotionis. Igitur, cum ob defectum facultatis quam audivimus una cum nuntio in mari submersam non processeris ad provisionem illam, mittimus nunc tibi bullas nostre provisionis ut eas ipsi Egidio electo tradas et consignes horterisque ad ecclesie receptionem pro honore nostro. Hoc etiam confidimus placere regie serenitati cuius gravitas et prudentia exposcit ut perseveret in iis que per te et eius commissarium scripta fuerunt esse conclusa, ne sententiam mutando culpam mobilitatis incurrat.

Dat. Rome [a. xii.].

*Al mismo rey Alfonso, que también le escribió en el mismo sentido, representa el papa la imposibilidad de complacerle, por haber ya procedido al nombramiento del referido Gil en consistorio público* (6).

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 359 *f.* 55 *Roma,* [8 *noviembre*] 1429

(6) Publicada en *Annales ecclesiastici* de BARONIO, RAYNALDI y LARDECHI, Paris, Friburgo, Bar-le-Duc, 1887, tom. 28, p. 69. En la misma página hay un pequeño resumen del documento que publicamos a continuación de éste.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio Alfonso regi Aragonum illustri, salutem etc. Recepimus litteras tue serenitatis et etiam di. fi. nostri Petri tit. s. Stephani in Celiomonte presbiteri card... petentes ut mitteremus ipsi Legato facultatem providendi eccl. Maioricensi de persona fratris Galcerandi Alberti, quibus lectis non nihil admirati sumus, non solum nos, sed etiam collegium ven. fratrum nostrorum S. Romane eccl. cardinalium. Nam olim ipse Legatus et d. tunc f. Alfonsus de Borgia, specialis commissarius tuus in factis Paniscole scripserunt per plures litteras nobis et etiam aliis in ipso principio quo facta Paniscolen. concordata sunt, inter cetera, promissum et conventum fuisse, et ita tue voluntatis et beneplaciti esse, ut eccl. Maioricensi provideretur de persona Egidii Munionis, electi nunc Maioricensis. Igitur nos, ut conventa per tuum commissarium adimplerentur... ipsi Legato facultatem misimus ipsi eccl. de persona prefati Egidii providendi, ac etiam tunc ad maiorem cautelam, ne si forsan facultas illa perderetur in via, quod et accidisse dicitur, posset ad negligentiam... imputari, providimus in consistorio dicte eccl. de ipso Egidio... Mutare ergo nunc... propositum... esset... dedecoris nostri... Et propterea cum facultatem illam audierimus una cum nuntio in mari submersam, ex quo Legatus ad provisionem non processit, mittimus eidem Legato bullas dicte provisionis, quas dari et consignari volumus ipsi electo, ut possessionem ipsius eccl. capiat. In quo velis ei favorem tue serenitatis benivolum impertiri propter honorem nostrum ac tuum...

Dat. Rome [a. xii.].

*Y como que nuestro Borja había escrito al papa que la voluntad del rey era proveer Mallorca a favor de Muñoz, escribe también Martín V al obispo de Valencia para que exhorte al rey a respetar lo acordado.*

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 359 *f.* 56 — *Roma,* 8 *noviembre* 1429

Vener. fratri Alfonso epis. Valentin., salutem etc. Miramur satis quod cum dudum post conclusionem factam cum illis de Paniscola, d. f. noster Petrus tit. s. Stephani in Celiomonte presb. card... scripserit nobis: tu vero non solum scripseris, sed per plures litteras replicaris concordatum esse inter vos et conventum, et ita placere regie celsitudini, ut de persona tunc Egidii Munionis provideretur eccl. Maioricensi... Nunc regia serenitas petat a nobis ut ipsi Legato mittamus facultatem providendi ipsi eccl. de persona fratris Galcerandi Alberto. Ideo cum facultas per nos destinata dicatur esse deperdita in mari, mittimus ad Legatum bullas provisionis nostre... Intendimus enim, pro honoris nostri debito, concordata et conventa servare. Velis igitur pro honore tuo, et etiam regio, ne aut tu vana scripsisse, aut rex in tanta re videamini mutare propositum, hortari serenitatem regiam ut acquiescat in eo quod semel est conclusum et factum secundum beneplacitum voluntatis sue. Ad te quidem spectat, et ad famam tuam dare operam cum effectu ut que sunt per tuam diligentiam conclusa et scripta firma permaneant.

Dat. ut supra.

*Aunque sin data, seguramente es posterior a las tres anteriores la siguiente carta, contestación a otra del Cardenal Legado en la que probablemente habría escrito que el nombramiento de Galcerán lo había hecho en virtud de comisión pontificia. Martín V asegura que los dos secretarios que con él estaban no escribieron tal facultad, y que, si lo hizo el difunto M. de Escribanis, no recuerda haberle dado orden de hacerlo.*

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 359 *f.* 58 — *Roma,* 1429

Do. fo. Petro tit. s. Stephani in Celiomonte pbro. card., apost. Sedis Legato, salutem, etc. Recepimus binas a te litteras scriptas Dertuse: alteras die xvii. octobris in quibus erant copie duorum brevium, alteras vero die xviii. Quo ad priores litteras scias fuisse nobiscum Ferentini tres secretarios, quorum Cincius et Poggius asserunt se illa brevia non scripsisse: Melchior de Scribanis, qui erat tertius et iunior, defunctus est, et is forsan illa scripsit, sed nos non meminimus eidem talia commisisse. In secundis litteris videmus te multum mirari de litteris per nos scriptis carissimo in Christo filio nostro regi Castelle illustri. Sed nequaquam te mirari decet... Erant eodem tempore et littere ex plurimis locis que narrabant carissimum in Christo filium nostrum Alfonsum, regem Aragonum illustrem, ducere exercitum contra prefatum Castelle regem, et te una cum eo proficisci. Et hanc tuam profectionem diversi diverse interpretabantur, dicebaturque a multis te ire in favorem regis Aragonum. Ex quo etiam d. f. nr. Johannes, card. Rothomagen., motus summo amore quo afficitur ad honorem tuum tibi super ea re scripsit, dicens a multis profectionem tuam culpari. Nos nihil certum sciebamus... verentes ne rex in hoc se reputaret offensum... scripsimus ei, cum negotia Paniscole nondum essent conclusa, preter intentionem nostram illud tuum iter esse... Sed debuisset tua circumspectio nos certos reddere de accessu tuo ad informationem nostram... que ita nunc laudavissemus, prout nunc re cognita laudamus. Gratissimum enim est nobis te illuc accessisse propter bonum fructum quem scribis esse consecutum... De ecclesia Valentinen. gratum est nobis quicquid fecisti, et hec et reliqua per te gesta summe placent, postquam est satisfactum plene regie voluntati...

Datum Rome [a. xii.].

*El papa concede al obispo de Valencia poder arrendar los frutos de su mensa episcopal durante tres años.*

*Arch. Vat.* 356 *f.* 54 — *Roma,* 1 *abril* 1430

Martinus etc. Ven.[1] fratri Alfonso ep. Valentin., salt, etc. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam... paterna benivolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Tuis itaque supplicationibus inclinati, tibi, ut usque ad triennium a data presentium computandum, omnes et singulos fructus... ad mensam tuam episcopalem Valentin. quomodolibet pertinentes quibusvis personis... cum quibus tuam et dicte mense conditionem efficere poteris meliorem, arrendandi, locandi et ad firmam concedendi... auctoritate presentium licentiam elargimur. Et insuper tibi et eisdem personis eadem auctoritate con-

cedimus quod arrendationes, locationes et concessiones huiusmodi per cessum vel decessum tuum, seu alias quovis modo, non expirent. Non obstantibus etc.

Dat. Rome, apud sanctos Apostolos, kalend. april., pont. nostri anno tertiodecimo.

Gratis de mandato domini nostri pape. — Poggius.

*Son conocidas ya las circunstancias en que fué nombrado cardenal D. Alfonso de Borja por su eficaz intervención en la paz que pactó entre Alfonso V de Aragón y Nápoles y el Legado de Eugenio IV, así como el día de su promoción, 2 de mayo de 1444, pero no por eso creemos inútil publicar aquí el documento.*

*Arch. Vat., Oblig. et Solut. 72 f. 31*

Die sabati vi. non. maii s. d. n. pontificatus sui anno xiiii°. in consistorio secreto asumpsit reverend. dom. Alfonsum episcopum Valentinum in sancte Romane ecclesie Cardinalem. Voluitque idem d. n. quod non obstanti titulo dicti cardinalatus preesset ecclesie Valentine, ac illius episcopus remaneret, eamque teneret et regeret, prout apparet per cedullam subscriptam per R. p. dominum Cardinalem Morinen., ut est moris.

Die mercurii iii. kalend. Augusti s. d. n. ad relationem dom. Cardinalis Morinensis assignavit Reverendiss. dom. Alfonso card. Valentin. in titulum sui cardinalatus ecclesiam sanctorum iiii$^{or}$. Coronatorum de Urbe.

## II. Felipe de Malla

La Enciclopedia Espasa, que inserta tantas biografías de personalidades contemporáneas que el tiempo discutirá, no publica siquiera dos líneas scobre este personaje.

Aunque no abunde la bibliografía sobre Malla, para llenar un artículo de enciclopedia bastaba hojear la *Typographia española* de Méndez que cita el libro *Memorial del pecador remut* (1), en el que se da a nuestro Fe-

(1) Todos los tratadistas de bibliografía describen este libro: Hain, L., *Repertorium bibliographicum in quo,* etc., Stuttgart y París, 1831, vol. II, n. 10548. — Brunet, J. Ch., *Manuel du libraire et de l'amateur de livres,* tomo III, París, 1862, p. 1343. — Graesse, J. G. Th., *Trésor de livres rares et précieux ou nouveau dictionnaire bibliographique,* Dresde, 1863, p. 353. — Copinger, *Supplement to Hains Repertorium biblographicum,* Londres, 1895, n. 3783. — Haebler, C., *Bibliografía ibérica del siglo* xv, Leipzig y La Haya, 1903, p. 186, ns. 389 y 390, y en la segunda parte, Leipzig y La Haya, 1917, p. 113.

Discutíase si la primera edición del *Memorial* era de Gerona de 1483 porque el editor Vendrell figura poco tiempo después en Barcelona, pero Haebler da por seguro que de las prensas de Gerona salió dicho libro el año citado. En su *Typographie Ibérique du quinzième siècle,* Leipzig y La Haya, 1902, n. 39, reproduce la última página de esta edición y en el n. 113 la primera página de la edición de Rossenbach, Barcelona, 1495.

Un manuscrito del siglo xv de esta obra se conserva en la Biblioteca de Cataluña. Es el n. 465 del catálogo (Cfr. *Butlletí de la Biblioteca de Catalunya,* 3 (1916) 32). Tiene

lipe el título de "mestre en arts e sacra theologia, canonge e ardiaca del Penedes en la sancta Seu de Barcelona", o el *Diccionario* de Torres Amat (2), si es que el encargado de esta papeleta desconocía el trabajo de Bofarull sobre nuestro biografiado (3), ya que no pretendemos que estuviera al corriente del libro de Finke (4) que seguramente es posterior a la redacción de los artículos de la letra M de la referida Enciclopedia.

Especialmente el mencionado trabajo de Bofarull es una contribución importante a la biografía de Malla, pero sólo a partir de 1415 y hasta su muerte. Para esta época el rico Archivo de la Corona de Aragón le proporcionó abundantes documentos que permiten seguir paso a paso la actividad diplomática de nuestro canónigo. En cambio, para los años anteriores, Bofarull no aporta ni un solo documento (5). Por esto creemos pueden tener mayor interés los que vamos a transcribir que en su mayor parte se refieren a este período.

Olivar (6), examinando una colección de sermones y discursos de Malla conservados en el ms. 416 de la Biblioteca de Cataluña, cree que permiten aquéllos afirmar la actuación de Malla como predicador desde 1408.

*El 13 de octubre de 1394 era Malla maestro en artes y estudiaba teología en la Universidad de París (7), y habiéndole el Papa Benedicto XIII concedido expectativas para un canonicato y cuatro testimonios que vacasen, y cuya colación perteneciera al obispo de Mallorca, le otorga además que valgan estas gracias, tanto si vacan desde el 30 de septiembre de 1403, como si vcaren antes.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 294 *f.* 553 — *Aviñón,* 13 *octubre* 1394

Do. fo. Philippo de Medalia, canon. Maioricen., magistro in Artibus, fam. nostro. "Grata familiaritatis et devotionis" obsequia quc nobis impendere non desistis nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Volen-

180 fol. de papel, con letra a dos columnas de 40 líneas por término medio. Las iniciales de los 20 capítulos son miniaturadas. Otros dos tratados de Malla, aún inéditos, se conservan en los ms. 53 y 466 de la misma Biblioteca. En el primero de los citados manuscritos, fol. 94 v.-116 v., se halla "una molt devota contemplació del preciós cors de Ihesu Crist feta per lo molt reverent mestre Felip de Malla e famós doctor en theologia estant en lo pas de la sua mort" (Cfr. *Butll.*, *l. c.*, p. 114). El otro manuscrito n. 466 (del s. XV) contiene quince sermones y discursos en catalán y latín. De él se ha ocupado M. Olivar, *Parlaments en el Consistori de la Gaia Ciència*, Barcelona, 1921, 18 p. (extracto de *Quaderns d'estudi*, vol. 23, n. 18) publicando dos de dichos discursos en catalán.

(2) Torres Amat, F., *Memorias para ayudar a formar un diccionario crítico de los escritores catalanes*, etc., Barcelona, 1836, pp. 356-57.

(3) Bofarull y Sans, F. de, *Felipe de Malla y el Concilio de Constanza*. Estudio histórico biográfico, Gerona, 1882, 134 p.

(4) Finke, H., *Acta Concilii Constanciensis*, Munster i. W., 1896-1929.

(5) Para este período Bofarull aprovecha las noticias dadas por Zurita y Torres Amat.

(6) Trabajo citado en nota 1.

(7) Denifle, H., *Chartularium Universitatis Parisiensis*... auxiliante Tem. Chatelain, París, 1897, IV, p. 89, pone a Malla entre los estudiantes de 1394-1452 de la provincia de Beziers "actu legenti Ethicam Aristotilis et scol. actu stud. Parisiis in facultate theol.".

tes itaque tibi qui Parisius in Theologia studes et cui hodie de canonicatu ecclesie Maioricen. cum reservatione prebende ac preposíture, dignitatis personatus, administrationis vel officii ac prestimoniorum quator nuncupatorum inibi vacaturorum per alias nostras litteras providimus, premissorum obsequiorum et meritorum intuitu gratiam facere specialem, beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura etiam, si in ecclesia Maioricen. existant, cuius fructus 150 libr. tur. parv. non excedant ad collationem episcopi Maioricen. et capituli, si quod ii. kal. octobris a. 1403 vel ex tunc in antea vacaverint, conferendi tibi motu propio reservamus.

Dat. Avinione iii. id. octobris a. i.

In eodem modo, dis. filiis Abbati Mon. de Regali Maioricen. Dioc. et decano ecclesie S. Petri Avinion. ac officiali Barchinon. Grata etc.

Data ut supra.

Expedit. xvi. kal. januar. a. x. — B. Fortis.

*Desde el monasterio de San Víctor (Marsella) se le concede, el 6 de agosto de 1403, un canonicato y prebenda de la catedral de Barcelona, vacante por defunción de Nicolás Canellas.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 310 *f.* 289 *v.* *San Víctor (Marsella), 6 agosto* 1403

Do. fo. Philippo de Maylla, canon. Barchinonen, magistro in artibus, salutem etc. "Litterarum scientia, vite ac morum honestas" nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes canonicatus familiarium nostrorum collationi nostre reservavimus. Cum itaque postmodum can. et prebenda eccl. Barchinon., per obitum Nicolai de Canellis vacare noscantur, Nos volentes tibi qui etiam bacalarius in theologia existis gratiam facere, canonicatum et prebendam predictos tibi conferimus. Non obstantibus quod quoddam perpetuum simplex beneficium quod de patronatu laicali existit, et in cuius fundatione ordinatum fuit quod illud cum alio beneficio in eadem ecclesia obtineri non posset, nosceris obtinere, quodque dudum tibi de canonicatu ecclesie Maioricen. cum reservatione prebende per diversas nostras litteras mandavimus provideri.

Dat. Massilie, apud S. Victorem, viii. id. Augusti, pont. a. x.

In eodem modo, dilectis priori S. Anne Barchinonen., et Bernardo Fortis, cano. Vicen., ac officiali Vicen., salutem etc. Litterarum scientia etc.

Dat. ut supra. Exped. viiii. idus septembr. a. x. — B. Fortis.

*El mismo Benedicto dispensa a Malla de la obligación de recibir órdenes mayores que le imponían la posesión del canonicato y prebenda de la catedral de Barcelona, a fin de que pueda leer el* Libro de les Sentencias *en la Universidad de París.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 320 *f.* 385 *v.* *San Víctor (Marsella), 27 noviembre* 1404

Do. fo. Philippo de Maylla, canon. Barchinonensi, bacallario in Theologia, salutem etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas, aliaque probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedignorum commenda-

ris testimonio, nos inducunt ut te favore specialis gratie prosequamur. Cum itaque, sicut pro parte tua nobis fuit expositum, obtinens illos canonicatum et prebendam ecclesie Barchinonen., quos obtines, ex statutis eiusdem ecclesie canonice editis et apostolica auctoritate confirmatis, teneatur infra annum a tempore assecutionis illorum computamdum ad aliquem sacrum ordinem se facere promoveri, alioquin ipsi canonicatus et prebenda vacare censeantur, tuque, ex eo quod Librum Sententiarum in studio Parisiensi legere proponis in brevi, et deinde alios scolasticos actus in Theologia ibidem exercere intendis, ut in Dei ecclesia fructum afferre valeas oportunum, comode ad aliquem sacrum ordinem promoveri non possens, nos, ut in huiusmodi proposito commodius fovearis, volentes te, qui etiam magister in artibus existis, premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati apostolica tibi auctoritate concedimus quod hinc ad quinquennium a data presentium computandum, ratione dictorum canonicatus et prebende, ad aliquem sacrum ordinem promoveri minime tenearis, nec ad id a quocumque invitus valeas coartari...

Dat Massilie, apud S. Victorem, iiii. kalend. decemb. pont. a. xi.

Gratis de mandato.

*El papa Luna concede a Malla el derecho de expectativa a la parroquia del Pino, de Barcelona, que vacará por haber sido nombrado sacristán de Barcelona el maestro Guillermo Carbonell.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 326 *f.* 477 v-8 *San Victor (Marsella),* 28 *abril* 1407

Do. fo. Philippo de Medalia, canon. Barchinonen., bacallario in Theologia, familiari nostro, salutem etc. "Grata devotionis" obsequia que nobis hactenus impendisti nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Nuper siquidem magistro Guillermo Carbonelli, sacriste eccle. Barchinonen., cappellano nostro, sacristiam eiusdem eccle. contulimus et de illa etiam providimus. Cum itaque propterea parrochialis eccle. de Pinu Barchinonen. quam primum sacristie possessionem fuerit assecutus vacare speretur. Nos volentes tibi qui etiam magister in artibus et in Theologia bacallarius formatus existis gratiam facere specialem parrochialem eccle. predictam cuius fructus non residenti ultra 350 flor. auri de Aragonia non valent annuatim, cum illa vacare contigerit, tibi reservamus. Seu quod canonicatum et prebendam dicte eccle. Barchinonen. obtines et quod dudum tibi de canonicatu eccle. Maioricen. cum reservatione prebende ac dignitatis eiusdem eccle. ac prestimoniorum ac perpetuorum beneficiorum quartos nuncupatorum in eadem dioc. Maioricen. per diversas alias nostras litteras mandavimus provideri. Volumus autem quod quam primum dictam parrochialem eccle. fueris pacifice assecutus prefate littere et processus quoad dignitatem sint cassa et irrita. Nulli ergo etc.

Dat. Massilie, apud s. Victorem., iv. kalend. maii a. xiii.

In eodem modo. dis. fis. abbati monasterii s. Cucufatis Barchinonen. dioc., et precentori Barchinonen., ac Bernardo Fortis, canon. Vicen., salutem etc. Grata devotionis etc.

Dat. ut supra.

Expedit. xvi. kalend. junii a. xiii. — H. de Spina.

*Nombrado párroco del Pino de Barcelona, seguramente por renuncia o muerte de Alfonso de Tous, es dispensado de la residencia para que pueda seguir en la Universidad de París.*

*Arch. Vat. Reg.* 330 *f.* 266 *Saona,* 3 *noviembre* 1407

Do. fo. Philippo de Medalia, canon. Barchinon., baccalario in Theologia, salutem etc. "Personam tuam nobis" et apostolice sedi devotam paterna benivolentia prosequentes illa tibi concedimus que tibi conspicimus opportuna. Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, tibi qui in Artibus magister et in Theologia bacalarius formatus existis, apostolica auctoritate, tenore presentium, indulgemus, ut litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale insistendo, aut in Romana curia residendo, fructus redditus et proventus canonicatus et prebende Barchinon., ac parrochialis eccl. beate Marie de Pinu Barchinon. ecclesiarum necnon omnium beneficiorum que in posterum obtinebis cum ea integritate percipere valeas, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in ecclesia ipsa presentialiter resideres, proviso quod parrochialis eccl. debitis non fraudetur obsequiis.

Dat. Saon., iii. non. novemb., pont. a. xiv.

In eodem modo dis. fis. B. Fortis, canon. Segobricen., et Ilerden. ac Vicen. officialibus, salutem etc. Personam tuam etc.

Dat. ut supra.

*Benedicto le nombra arcediano del Panadés en la iglesia catedral de Barcelona, dignidad que seguramente conservaría Malla durante toda su vida.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 332 *f.* 170-1 *Perpiñán,* 18 *enero* 1409

Do. fo. Philippo de Malla, archidiacono Penitensi in eccle. Barchinonen., magistro in Theologia, salutem etc. "Litterarum scientia" aliaque merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes dignitates ceteraque beneficia ecclesiastica que promovendi per nos ad cathedralium regimina obtinerent vacatura dispositioni nostre duximus reservanda. Cum itaque postmodum archidiaconatus Penitensis, in eccle. Barchinonen., quem ven. fr. noster Franciscus Barchinonen. tunc Gerunden. episcopus tempore promotionis ad eccle. Gerunden. obtinebat per munus consecrationis vacaverit et vacet, nos volentes tibi qui, ut asseris, presbiter ac etiam in artibus magister existis gratiam facere specialem, ac te, qui etiam canonicus eiusdem eccle. amplius honorare, archidiaconatum predictum, qui etiam, ut asseris, dignitas in eadem eccl. existit cuiusque fructus non residenti ultra cxxv. libras barchinonen. non valent, sic vacantem tibi conferimus. Non obstantibus quibuscumque statutis contrariis. Seu quod canonicatum et prebendam dicte eccle. ac parrochialem eccle. s. Marie de Pinu, Barchinonen., nosceris obtinere, et quod dudum tibi, ut asseris, de canonicatu eccle. Maioricen. cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus vel ofificii eiusdem eccle. Maioricen. ac prestimoniorum et perpetuorum beneficiorum quartorum nuncupatorum in eadem eccle. ac dioc. Maioricen. nec non de beneficio ecclesiastico

ad collationem episcopi Maioricen. et capituli pertinenti per diversas alias nostras litteras mandavimus providere. Volumus autem quod quam primum dictum archidiaconatum fueris pacifice assecutus prefate littere et processus et quecumque inde secuta quoad dignitatem et curatum officium sint cassa, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim tecum ut parrochilaem eccle. et archidiaconatum predictos insimul obtinere valeas de uberioris dono gratie dispensamus, proviso quod animarum cura nullatenus negligatur. Nulli etc.

Dat. Perpiniani, Elnen. dioc., xv. kalen. februar. a. xv.

In eodem modo dis. fis. Bernardo Fortis, canon. Segobricen, et Terraconen. ac Vicen. officialibus, salutem, etc. Litterarum scientia etc.

Dat. ut supra.

*Ausente de Barcelona en virtud de la anterior dispensa, no podía tener la casa o piso que, como canónigo, le pertenecía, por prohibirlo el estatuto de la catedral; por eso el papa deroga, por esta vez, la prohibición antedicha en favor de Malla.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 332 *f.* 339 — *Perpiñán,* 28 *abril* 1409

Dis. fis. Bernardo Fortis canon. Segobricen. et Terraconen. ac Vicen. officialibus, salutem etc. "Litterarum scientia" super quibus d. f. Philipus de Malla, canon. Barchinonen., magister in Theologia, apud nos fidedignorum commendatur testimonio nos inducunt ut ipsum favore apostolico prosequamur. Nuper siquidem dictus Philipus nobis exposuit quod in statutis eccle. Barchinonen. cavetur expresse ut nullus eiusdem eccle. canonicus extra eccles. ipsam residens aut ante vacationem domus seu hospitii consuete vel consueti eiusdem eccle. canonicis assignari, etiam si illa vel illud sibi ex ordine deberetur, aut si secundum antiquitatem in ordine suo domus seu hospitium eidem non competat et quod nisi assidue residens fuerit in eadem eccle. et infra civitatem Barchinonen. suum principale domicilium tenuerit per unum annum et maiorem partem omnium bonorum suorum mobilium residentiamque personalem fecerit per maiorem partem ipsius anni et post illum annum permanserit et principale domicilium teneret, ut profertur, saltem per sex menses continuos vel per intervallum in illo anno quo domus seu hospitium huiusmodi vacaverit illam vel illud possit habere vel etiam obtinere. Cum autem dictus Philippus in eccles. residens et in civitate predictis principale domicilium tenens ab eisdem ecclesia et civitate se absentaverit ac nostris obsequiis diu institerit et insistat de presenti, nos volentes dictum Philippum premissorum obsequiorum intuitu favore prosequi gratie specialis, eius in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus quatinus domum seu hospitium huiusmodi cum illam vel illud vacare contigerit eidem Philippo, qui canonicatum et prebendam ipsius eccle. ac ardiachonatum Penitensem in eadem eccle. obtinet auctoritate nostra conferre et assignare curetis per eum, quamdiu vixerit et dictos canonicatum et prebendam obtinebit, tenendam seu tenendum. Constitutiones, etc. Non obstantibus predictis et quibuscumque aliis statutis contrariis, etc.

Dat. Perpiniani, Elnen. dioc., iv. kalen. maii, a. xv.

Expedit. vi. non. maii a. xv. — B. Fortis.

*El 8 de septiembre de* 1411 *el papa encarga a Malla examine la idoneidad de Francisco Aguiló, canónigo de Gerona, de* militari genere procreatus, *y, si después de un examen diligente le encuentra apto, le confiera la sacristía de la parroquial de Santa Eulalia de Mallorca que ha de vacar al tomar posesión del arcedianato de Elna D. Jorge de Ornos (Arch. Vat., Reg. Avin.* 336 *f.* 312).

*Prosiguiendo el mismo papa derramando a manos llenas el tesoro de sus bondades, concede a Malla el privilegio de altar portátil.*

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 344 *f.* 555 *v.* — *Peñíscola,* 21 *noviembre* 1413

Do. fo. Philipo de Medalia, canon. Barchinon., magistro in Theologia, salutem etc. Sincere devotionis affectus quem ad nos et Romanam geris ecclesiam non indigne meretur ut petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos, tuis in hac parte devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi, qui presbiter es, habere altare portatile cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis celebrare ac per propium vel alium sacerdotem ydoneum missas et alia divina officia, sine iuris alieni preiudicio, in tua presentia facere celebrari valeas, devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli etc.

Dat. Paniscole, Dertusen. dioc., xi. kal. decemb. a. xx.

Exped. x. kalend. febr. a. xx. — A. de Campis.

*Por esta otra dispensa de residencia sabemos que Malla en* 1415 *estaba al servicio del rey de Aragón D. Fernando. En este tiempo le nombraba éste su embajador para el rey de Inglaterra; La embajada partía de Valencia el* 29 *de abril* (8).

*Arch. Vat., Reg. Avin.* 346 *f.* 740 *v.* — *Valencia,* 20 *abril* 1415

Do. fo. Philipo de Malla, canon. eccle. Barchinon. et archidiacono Penitensi in eadem eccles., magistro in Theologia, salutem etc. "Personam tuam" paterna benivolentia prosequentes illa tibi concedimus que tibi fore conspicimus oportuna. Tuis itaque supplicationibus inclinati tibi qui cariss. Ferdinandi regis Aragonum obsequiis insistis indulgemus ut tu huiusmodi obsequiis insistendo fructus, redditus et proventus canonicatus ecclesie Barchinonen., et Archidiaconatus Penitensis, et aliorum quorumcumque beneficiorum que in posterum obtinebis, percipere valeas et ad residendum interim minime tenearis.

Dat. in civitate Valentin., Provincie Terraconen., xii. kal. maii, a. xxi.

In eodem modo ven. fri. episcopo Aurien. et dis. fis. archidiacono de Silva in ecclesia Gerunden., ac officiali Terraconen. salutem etc. Personam tuam etc.

Dat. ut supra.

Expedita viiii. kal. junii, a. xxi. — A. de Campis.

(8) Bofarull, obra citada, p. 3.

*Malla, a fines del 1415, ya se había apartado de la obediencia del papa Luna* (9). *Martín V le llama camarero suyo en la siguiente compensación que debía hacer junto con el colector de Aragón.*

*Arch. Vat. Arm. XXIX, 7 f.* 44 v-5 *Roma,* 10 *mayo* 1422

Ludovicus etc. Ven. viro dom. iurium et proventuum Camere apostolice in regno Aragonie debitorum collectori, eiusque in civit. et dioc. Oscensi dictorum iurium camere apostolice prefate debitorum succolletcori, salutem etc. Pridem pro parte ven. viri dom. Philippi Medalia, sacre Theologie professoris, sanctissimi in Christo patris et dom. nostri dom. Martini, divina providentia pape quinti cubicularii, expositum extitit quod cum ipse ad solvendum annatam sive medios fructus ratione provisionis sibi dudum de canonicatu et prebenda ac decanatu eccl. Oscen. per dictum dom. nostrum papam facte, se in dicta camera apostolica ad trecentos floren. auri de camera sub certis penis et sententiis obligaverit, et illos in Romana curia aut vobis nomine eiusdem camere solvere promiserit. At, e converso, vos eidem dom. Philippo ratione assignationis et concessionis per dictum dom. nostrum super arreragiis in decreta vobis collectoria camere memorate restantibus factarum ducentos flo. auri predictis similes solvere teneamini, ac deinde humiliter supplicatum, quatinus ducentos flor. ex trecentis flor. huiusmodi una cum ducentis ipsis ratione dicte assignationis hinc inde debitis compensare ac restantes centum flor. huiusmodi ratione dicte annate solvendos attenta expressiva summa valoris de speciali gratia remittere dignaretur. Prefatus vero dom. noster grata memorati dom. Philippi servicia recognoscens huiusmodi supplicationes de sue liberalitatis gratia duxit admittendas et admisit centum flo., facta compensatione predicta, remittendo. Quare de mandato dicti dom. nostri super hoc nobis facto oraculo vive vocis vobis et cuilibet vestrum tenore presentium mandamus quatinus ducentos flor. auri de camera quos prefatus dom. Philippus super arreragiis huiusmodi habere et recipere tenetur una cum ducentis aliis quos solvere habet pro annata supradicta effectualiter compensetis eundem super residuo centum flo. huiusmodi ratione annate predicte, remissorum et datorum nullatenus molestando. Et insuper eumdem dom. Philippum ab excommunicatione ac reatu periurii aliisque penis et sententiis si quas seu quo ob moram retardate solutione annate huiusmodi quoquo modo incurrerit tenore predicto duximus absolvendum, et absolvimus per presentes, secumque super irregularitatis macula, si quam occasione premissorum celebrando divina vel inmiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerit misericorditer dispensantes. In quorum etc.

Dat. Rome apud S. Petrum, die decima mensis maii sub anno Domini millessimo quadringentesimo vicesimo secundo, indictione xv. pont. a. v. Gratis. — L. Robring.

(9) Bofarull, pp. 10 ss.

*Martín V conferiría a Malla el decanato de Huesca, según se desprende del documento anterior y del que sigue.*

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 358 *f.* 57 *Roma,* 20 *febrero* 1423

Martinus etc. Venerabilibus frat. Archiep. Terraconen., ac episcopo Oscen., ac do. fo. precentori eccl. Barchinonen., salt., etc. Sane dilecti filii Philippi de Medalia, decani eccl. Oscen. ac canonicatum et prebendam in eadem, necnon archidiaconatum Peniten. in Barchinonen. ecclesiis, ac etiam parrochialem ecclesiam de Pinu Barchinonen. ex concessione et dispensatione sedis apostolice obtinentis conquestione percepimus quod non nulli archiepiscopi, episcopi aliique... prelati et clerici ac ecclesastice persone, tam religiose quam seculares, necnon duces, marchiones... occuparunt et occupari fecerunt villas et alia loca, terras, domos... et proventus... beneficiorum ecclesiasticorum que idem decanus canonice obtinet... Ceterum etc. quodque a dat. presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus... perpetuata potestas et iurisdictio attributa ut... in premissis omnibus... procedere ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent... constitutione predicta... et alia qualibet... non obstantibus...

Dat. Rome, apud S. Petrum. decimo kalend. marcii anno sexto.

*A fines de* 1422 *Malla formaba parte de la embajada enviada por la Generalidad de Cataluña al rey Alfonso V que se encontraba en Nápoles; regresando ésta el* 12 *de febrero de* 1423. "Desde su regreso hasta el año 1425 — anota Bofarull (p. 112) — nada podemos decir de nuestro teólogo, por no hallarle citado en parte alguna." *El siguiente doc. nos constata que durante este intervalo era enviado por Martín V* ad nonnullas mundi partes (10).

*Arch. Vat., Reg. Vat.* 354 *f.* CLXXIII *Roma,* 1 *marzo* 1423

Martinus etc. ven. fratribus... etc. Cum dil. Phillipum de Medalia mag. in sacra pagina, cub. et fam. nostrum, ad nonnullas mundi partes, pro nostris et Rom. eccle. negotiis presentialiter destinemus. Nos cupientes eundem Philipum cum eius comitiva et familiaribus in personis, equis et bonis in eundo, stando et redeundo plena securitate gaudere, universitatem vestram requirimus et hortamur in Domino... quatinus prefatum Phillipum cum comitiva equitum et peditum, salmis, valisiis, rebus et bonis suis omnibus... tam per mare quam per terram transire, stare, ire et redire pro nostra et apostolice sedis reverentia absque solutione gabelle vel alicuius alterius impositionis exactione libere permittatis, nec eidem vel sociis molestiam aliquam inferatis... sed ei... de securo transitu et receptu sic liberaliter providere curetis quod exinde vestra possit devotio apud nos et sedem predictam non inmerito commendari.

Dat. Rome, apud S. Petrum, kal. marcii, pont. n. a. sexto.

J. RIUS SERRA

(10) El hecho de que en el fol. anterior del Reg. Vat. venga nombrado el enviado para Castilla nos hace sospechar que también Malla fué destinado a la península ibérica.